redimendo captivum. tuendo violen-
ter oppressum. fugit se ab omnibus iniqui-
tatibus suis emaculare. et vitam suam bo-
norum operum fructibus ditat. Ille tamen facul-
tatibus suis in usus pauperum distribu-
tis simul se et exspoliavit mundo
et abrenuntiavit totis viribus celo. res
mundi mundo prebet et seipsum devo-
ta mente christo restituit atque se donari
inmortales divitias orat. ut paupertate
protegi se cottidie postulat. ut in-
firmus. immortalitatis indumento vesti-
ri cupit ut nudus. defendi se ab in-
pugnatione invisibilium hostium sup-
plicat. ut fragilitate carnis oppres-
sus. et celestem sibi donari patriam de-
siderat ut peregrinus. Activa enim vita
habet sollicitum cursum. Contemplativa vero
vita gaudium sempiternum. In hac
acquiritur regnum. in illa percipitur. Hec
facit pulsare bonorum operum velud
quibusdam manibus ianuam. illa vocat
consummatos in patriam. In hac contempni-
tur mundus. in illa videbitur deus. Aut
vilia preteream quam commemorare non va-
leo. Iam [illegible] qui in mundis spiritualibus ex-
stiterint fortiores. in illa contemplati-
va vita que summe beata est remunera-

[illegible]
[illegible] dominus fuerit angelis sanctis equales.
[illegible] ieiunium cum illo regnabunt in illa
superna civitate felices. **Quod perfecti**
contemptores et hi contemplativa vita de-
Igitur vite contemplative **lectari perspi-**
felicitate promerende ille suspi-
rat. qui presentibus omnibus pro futurorum contempla-
tione renuntiat. atque a domesticis occupa-
tionibus qui nunquam preter unum cupiendum
pressius inquirunt. ipse etiam sue carnis
affectus in illa sublimitate divine contempla-
tionis evectus exsuperat. [illegible] universa
despiciens. quam plerique [illegible] de preterita scien-
te securitas in terrena deponunt. ipse iam ce-
lestibus appropinquat. tantum divinis in-
amore fervens. quantum super humana [illegible] stu-
dio perfectionis ascendit. Certus quod si hic
contemplativam vitam eternis honoribus divi-
tiis amicus et caducis delectationibus
plena voluntate pretulerit. veros hono-
res securas divitias et delectationes
eternas inveniet. et ad perfectionem contempla-
tive virtutis in illa beata vita non tantum est do-
nante remunerante pervenit. Et revera qui e-
rit honoratior eo qui divina clementia
angelice dignitatis honore beatur.
Quid dicimus eo qui regni celestis ineffa-
bilibus affluens beatitudine ditaverit.